

VIII
INDEX GENERALIS

	<small>pag.</small>
Bulla Pii Papæ V «Quod a Nobis»	4*
Bulla Pii Papæ X «Divino afflatu»	7*
Motu proprio Ioannis Papæ XXIII «Rubricarum instructum»	10*
Decretum generale S. Congregationis Rituum	12*
Rubricæ Breviarii Romani	13*
De anno et eius partibus	42*
Tabulæ paschales	49*
Kalendarium	54*
Tabellæ dierum liturgicorum	66*
Indulgentiæ pro recitatione divini Officii concessæ	71*
Proprium de Tempore	1
Ordinarium divini Officii	639
Psalterium Breviarii romani	695
Proprium Sanctorum	1063
Commune Sanctorum et partes subsequentes	[1]
Appendix	(1)

BREVIARIUM ROMANUM

EX DECRETO
SS. CONCILII TRIDENTINI RESTITUTUM
SUMMORUM PONTIFICUM CURA RECOGNITUM

CUM TEXTU PSALMORUM
E VULGATA BIBLIORUM EDITIONE

TOMUS PRIOR

EDITIO IUXTA TYPICAM



PROPRIUM DE TEMPORE

TEMPUS ADVENTUS

DOMINICA PRIMA ADVENTUS

I classis

AD IVESPERAS

Ant. 1 In illa die * stillábunt montes dulcédinem, et colles fluent lac et mel, allelúia.

Psalmi de sabbato, ut in Psalterio 1055.

2 Iucundáre, * filia Sion, et exsúlta satis, filia Ierúsalem, allelúia.

3 Ecce, Dóminus véniet, * et omnes Sancti eius cum

eo: et erit in die illa lux magna, allelúia.

4 Omnes sitiéntes, * veníte ad aquas: quærite Dóminus, dum inveníri potest, allelúia.

5 Ecce, véniet * Prophéta magnus, et ipse renovábit Ierúsalem, allelúia.

Capit. Rom. 13, 11

Fratres: Hora est iam nos de somno súrgere:

Te mane laudum cårmine,
te deprecámur vespere;
dignéris ut te súpplices
laudémus inter Cælités.

Patri simúlque Fílio,
tibi que, Sancte Spíritus,
sicut fuit, sit iúgiter
sæclum per omne glória.
Amen.

¶ Benedicámus Patrem et
Fílium cum Sancto Spíritu.
R. Laudémus et superexal-
témus eum in sæcula.

Ad Magnif. ant. Grátias *
tibi, Deus, grátias tibi, vera
et una Trínitas, una et sum-
ma Déitas, sancta et una
Unitas.

Oratio

Omnípotens sempitérne
Deus, qui dedísti fá-
mulis tuis, in confessióne
veræ fidei, æternæ Trinitá-
tis glóriam agnóscere, et in
poténtia maiestátis adorá-
re Unitátem: quæsumus;
ut, eiúsdem fidei firmitáte,
ab ómnibus semper mu-
niámur advérsis. Per Dó-
minum nostrum.

Et non fit commemoratio domini-
cæ.

Completorium de dominica 733.

Antiphona B. Mariæ Virg.

Salve, Regína, mater mi-
sericórdiæ; vita, dulcé-
do et spes nostra, salve. Ad
te clamámus éxsules filii
Hevæ. Ad te suspirámus
geméntes et flentes in hac
lacrimárum valle. Eia ergo,
advocáta nostra, illos tuos
misericórdes óculos ad nos
convérte. Et Iesum, bene-
dictum fructum ventris tui,
nobis post hoc exsílum
osténde. O clemens, o pia, o
dulcis Virgo María

¶ Ora pro nobis, sancta
Dei Génatrix. R. Ut digni
efficiámur promissionibus
Christi.

Orémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne
Deus, qui gloriósæ
Víriginis Matris Mariæ cor-
pus et ánimam, ut dignum
Filii tui habitáculum éffici
mererétur, Spíritu Sancto
cooperánte, præparásti: da,
ut, cuius commemoratióne
lætámur; eius pia interces-
sióne, ab instántibus malis,
et a morte perpétua liberé-
mur. Per eúndem Chri-
stum, Dóminum nostrum.
R. Amen.

ORDINARIUM DIVINI OFFICII

IUXTA RITUM ROMANUM PERSOLVENDI

PARS GENERALIS

1. Officium divinum, nisi aliter suo
loco indicetur, per totum annum
et ad omnes Horas, absolvitur iux-
ta formam, quæ in rubricis huius
Ordinarii exhibetur.

* alternis vicibus, ut infra, repeti-
tur.

Psalmus 94

Veníte, exsultémus Dómi-
no, iubilémus Deo, sal-
lutári nostro: præoccupémus
faciem eius in confessióne, et
in psalmis iubilémus ei.

Repetitur integrum invitorium.

Quóniam Deus magnus Dómi-
nus, et Rex magnus super om-
nes deos: quóniam non repél-
let Dóminus plebem suam:
quia in manu eius sunt omnes
fines terræ, et altitúdines
móntium ipse cónspicit.

Repetitur altera pars invitorii.

In sequenti psalmi versu, ad verba
veníte, adorémus, et procidámus
ante Deum, genuflectitur.

Quóniam ipsius est mare, et
ipse fecit illud, et áridam fun-
davérunt manus eius: veníte,
adorémus, et procidámus ante
Deum: plorémus coram Dó-
mino, qui fecit nos, quia ipse
est Dóminus, Deus noster; nos
autem pópulus eius, et oves
páscuæ eius.

Repetitur integrum invitorium.

Hódie, si vocem eius audiéris,
nolíte obduráre corda ves-
tra, sicut in exacerbatióne se-
cúndum diem tentatiónis in

AD MATUTINUM

2. Matutinum absolute incipitur
versu

Dómine, lábia mea apéries.
R. Et os meum annuntiá-
bit laudem tuam.

¶ Deus, in adiutórium meum
inténde.

R. Dómine, ad adiuvándum
me festína.

Glória Patri, et Fílio, et Spi-
rítui Sancto. Sicut erat in prin-
cípio, et nunc, et semper, et in
sæcula sæculórum. Amen. Alle-
lúia.

Sic dicitur Allelúia ad omnes Ho-
ras, per totum annum, præter
quam a Completorio sabbati ante
dominicam in Septuagesima us-
que ad Completorium feriæ IV
Hebdomadæ sanctæ; tunc enim
dicitur

Laus tibi, Dómine, Rex ætér-
næ glóriæ.

De invitorio

3. Postea dicitur conveniens invi-
tatorium, quod ante psalmum bis
integrum recitatur, et ad singulos
eiusdem psalmi versus vel inte-
grum vel dimidiatum ab asterisco



4 Ordinarium divini Officii, pars specialis

V. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit. **R.** In loco páscuæ ibi me collocávit.

In omnibus feriis, dicitur sequens

R. br. Benedicam Dóminum * In omni témpore. **Benedicam.** **V.** Semper laus eius in ore meo. **In. Glória Patri. Benedicam.**

V. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.

R. In loco páscuæ ibi me collocávit.

AD NONAM

De antiphona

In dominicis per annum et omnibus feriis, antiphona de Psalterio.

In dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ, ut in Proprio de Tempore.

De capitulo

In dominicis per annum dicitur sequens

Capitulum 1 Cor. 6, 20

Empti enim estis pretio magno. Glorificáte et portáte Deum in corpore vestro.

In dominicis autem Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ, ut in Proprio de Tempore.

In omnibus feriis, dicitur cotidie sequens

Capitulum 1 Petri 1, 17-19

In timóre incolátus vestri témpore conversámini: sciéntes quod non corruptibilibus auro vel argénto redéempti estis, sed pretioso sanguíne

quasi Agni immaculáti Christi.

De responsorio brevi

In omnibus dominicis, dicitur sequens

R. br. Clamávi in toto corde meo: * Exáudi me, Dómine. **Clamávi.** **V.** Iustificatiónes tuas requíram. **Exáudi. Glória Patri. Clamávi.**

V. Ab occúltis meis munda me, Dómine.

R. Et ab aliénis parce servo tuo.

In omnibus feriis, dicitur sequens

R. br. Rédime me, Dómine, * Et miserére mei. **Rédime.** **V.** Pes enim meus stetit in via recta. **Et. Glória Patri. Rédime.**

V. Ab occúltis meis munda me, Dómine.

R. Et ab aliénis parce servo tuo.

AD VESPERAS

De capitulo

In dominicis et feriis per annum, ut in Psalterio.

In dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ, ut in Proprio de Tempore.

De hymno et versu

In Officio tam dominicali quam feriali, ut in Psalterio.

De precibus

Preces, quando dicendæ occurrunt, ut supra ad Laudes 691.



PSALTERIUM BREVIARII ROMANI

PER OMNES AC SINGULOS
HEBDOMADAE DIES DISPOSITUM

DOMINICA

AD MATUTINUM

V. Dómine, lábia mea.
V. Deus, in adiutórium.
Glória Patri. Sicut erat.
Allelúia, **vel** Laus tibi.

TEMPORE ADVENTUS

In dominica I et II:

Invit. Regem ventúrum Dóminum, * Veníte, adorémus.

In dominica III et IV:

Invit. Prope est iam Dóminus: * Veníte, adorémus.

In vigilia Nativitatis Domini:

Invit. Hódie sciétis, quia véniet Dóminus: * Et mane vidébitis glóriam eius.

Hymnus

Verbum supérnum, pródiens
e Patris ætérni sinu,
qui natus orbi súbvenis,
labénte cursu témporis:

Illúmina nunc péciora,
tuóque amóre cóncrema;
ut cor cadúca déserens
cæli volúptas ímpleat.

Ut, cum tribúnal Iúdicis
damnábit igni nóxios,
et vox amíca débitum
vocábit ad cælum pios;

Non esca flammárum nigros
volvámur inter túrbines,
vultu Dei sed cómpotes
cæli fruámur gáudiis.

Tempore paschali:

R. br. In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum meum, * Allelúia, allelúia.
In manus tuas. **V.** Redemísti nos, Dómine, Deus veritátis. Allelúia, allelúia.
Glória Patri. In manus tuas.

V. Custódi nos, Dómine, ut pupíllam óculi, allelúia. **R.** Sub umbra alárum tuárum prótege nos, allelúia.

Ant. Salva nos, * Dómine, vigilánte, custódi nos dormiéntes; ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace. (T. p. Allelúia.)

Canticum Simeonis

Luc. 2, 29 - 32

Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, * secúndum verbum tuum in pace: Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum, Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum, Lumen ad revelatióem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilánte, custódi nos dormiéntes; ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace. (T. p. Allelúia.)

V. Dóminus vobiscum.
Vel V. Dómine, exáudi.

Orémus.

Oratio

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatióem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; et benedictio tua sit super nos semper. Per Dóminum.

R. Amen.

V. Dóminus vobiscum.
Vel V. Dómine, exáudi.

V. Benedicámus Dómino.
R. Deo grátias.

Benedictio Benedicat et custódiat nos omnipotens et miséricors Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.
R. Amen.

Antiphona finalis beatæ Mariæ Virginis 658-659.

V. Divínium auxílium.
R. Amen.



PROPRIUM SANCTORUM

FESTA NOVEMBRIS

Die 29 Novembris

S. SATURNINI

Martyris

Commemoratio

AD LAUDES

Ant. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

V. Iustus ut palma florébit.
R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio

Deus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui con-

cédís natalítio pérfrui: eius nos tríbue méritis adiuvári. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat.

Die 30 Novembris

S. ANDREÆ APOSTOLI

II classis

Omnia de Comuni Apostolorum [1], præter ea, quæ hic habentur propria.

AD MATUTINUM

Invit. Regem Apostolórum Dóminum, * Veníte, adorémus.

Ps. 94 Veníte 639.

loquerentur, ita ut crederet Iudæorum et Græcorum copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Iudæi, suscitaverunt et ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa et prodigia fieri per manus eorum.

R. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia, * Mors Sanctorum eius, alleluia. **V.** Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. **Mors.** Glòria Patri. **Mors.**

Lectio iii

Barnabas Levites, Cyprius genere, cum Paulo Apostolo ordinatus est ad prædicandum Iesu Christi Evangelium. Is, agro vendito quem habebat, redactam ex eo pecuniam attulit Apostolis. Missus Antiochiam prædicationis causa, multos ibi ad Christi fidem conversos suis hortationibus confirmavit. Inde profectus cum eodem Paulo, multas urbes regionisque summa cum audientium utilitate peragravit. Postrèmo, digressus a Paulo, una cum Ioanne, qui cognomi-

natus est Marcus, navigavit in Cyprum, ibique, septimo Nerónis anno, ad apostolici muneris laudem martyrii coronam adiunxit.

Te Deum laudamus 643.

AD LAUDES

V. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. **R.** Mors Sanctorum eius, alleluia.

Ad Bened. ant. Filia Ierusalem, * venite et videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die sollemnitatis et lætitiæ, alleluia, alleluia.


Oratio

Deus, qui nos beati Barnabæ Apostoli tui meritis et intercessione lætificas: concede propitius; ut, qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat.

AD VESPERAS

V. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. **R.** Mors Sanctorum eius, alleluia.

Ad Magnif ant. Sancti et iusti, * in Domino gaudete, alleluia: quoniam ipsi Deum in hereditatem sibi, alleluia.



COMMUNE SANCTORUM

Commune Apostolorum

extra tempus paschale

AD IVESPERAS

(quoties festum sit I classis)

Ant. 1 Hoc est præceptum meum, * ut diligatis invicem, sicut dilèxi vos.

Ps. de dominica 727, sed loco ultimi dicitur ps. 116 Laudate Dominum, omnes, **ibidem 731 notatus.**

2 Maiorem caritatem * nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

3 Vos amici mei estis, * si feceritis quæ præcipio vobis, dicit Dominus.

4 Beati pacifici, * beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

5 In patientia vestra * possidebitis animas vestras.

Capit. Eph. 2, 19-20

Frateres: Iam non estis hõspites, et advenæ; sed estis cives Sanctorum, et domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.

Hymnus

Exsultet orbis gaudiis, cælum resultat laudibus: Apostolorum glòriam tellus et astra concinunt.

Vos, sæculorum iudices et vera mundi lumina,

APPENDIX AD BREVIARIUM ROMANUM

EXCERPTA EX MISSALI ROMANO

PRÆPARATIO AD MISSAM

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA

Ant. Ne reminiscáris, * Dómine, delicta nostra vel párentum nostrórum, neque vindictam sumas de peccá-tis nostris. (T. p. Allelúia.)

Psalmus 83

Quam dilécta taberná-cula tua, Dómine virtú-tum: * concupiscit, et dé-ficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea * exsultavérunt in Deum vi-vum.

Etenim passer invénit sibi domum: * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtú-tum: * Rex meus, et Deus meus.

Beáti, qui hábitant in do-mo tua, Dómine: * in sæ-cula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cuius est auxí-lium abs te: * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco, quem pósuit.

Etenim benedictiónem da-

bit legislátor, ibunt de vir-túte in virtútem: * vidébi-tur Deus deórum in Sion. Dómine, Deus virtútum, exáudi oratió-nem meam: * áuribus pércipe, Deus Iacob.

Protéctor noster, áspice, Deus: * et réspice in fáciem Christi tui:

Quia mélior est dies una in átriis tuis, * super mília.

Elégi abiéctus esse in domo Dei mei: * magis quam hábitare in tabernáculis pec-catórum.

Quia misericórdiam, et ve-ritátem diligit Deus: * grá-tiam et glóriam dabit Dó-minus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te. Glória Patri.

Psalmus 84

Benedixisti, Dómine, ter-ram tuam: * avertísti captivitátem Iacob.

Remisísti iniquitátem ple-



© www.breviariumromanum.com